

Witte S. 273 zu 1088.

actibus magis quam ecclesie Dei preesse iam tanto tempore didicisset. Sed cum rex alacritate populi perspecta a sua sententia flecti non posset, in divina clementia omnino confusus humiliter annuit et fieri episcopus spe veteris gratie adhortante consensit. Forte autem hoc actitari contigit in beati Clementis Romani pontificis ac martiris egregii die sollempni, cui se ea die intentissimis precibus et omnimoda devotione commisit, specialemque sibi illum patronum pre ceteris sanctis in omne vite sue reliquum tempus elegit atque humillimum famulum semper se illius fore vovit clementie, tali conditione sue devotionis promissa confirmans, ut, si huius sancti suffragantibus meritis Dei gratia ea die sibi dignaretur adesse clementius, in eo commemorationis honore in episcopatu degens altare construere et consecrare deberet, id ab eo solum intime flagitans et exposcens, ut, si eum Dominus ad profectum populi sui sueque salutem anime et non ad dampnationem eorum ecclesie sue preesse disponderet, eius in eo fieret voluntas. Si autem aliquod periculum loco vel sibi propriis exigentibus meritis ex sua promotione imminere deberet, divina pietas per merita martiris sui occasionem ab eo dignaretur auferre, per quam sibi vel

Vita cap. 13.

gis quam ecclesiae Dei praeesse iam tanto tempore didicisset. Sed cum rex populi alacritate perspecta a sua sententia flecti non posset, in divina clementia confusus humiliter annuit omnino et fieri episcopus spe divinae gratiae consensit. Cum autem hoc actitari contingeret in beati Clementis Romani pontificis et martyris die solemni, se ei intentissimis precibus et omnimoda devotione commisit. Specialem namque patronum prae caeteris sanctis sibi in omni vitae suae reliquum tempus elegit atque humillimum famulum semper se illius vovit fore clementiae tali conditione suae devotionis promissa confirmans, ut, si huius suffragantibus sancti meritis Dei gratia ea die sibi dignaretur adesse clementius, quod in eius commemorationis honore in episcopatu degens altare construere et consecrare vellet, id ab eo solum flagitans et exposcens, ut, si eum Dominus ad profectum populi sui suaeque salutem animae et non condemnationem communem ecclesiae suae praeesse disponderet, eius in eo fieret voluntas; si autem aliquod periculum loco vel sibi propriis exigentibus meritis ex sua promotione imminere deberet, divina pietas per merita martyris occasionem ab eo dignaretur auferre, per quam sibi